

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De trinitatis erroribus libri VII - Ettenheim-Münster 292

Servetus, Michael

[S.l.], 1531

Liber VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130099](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130099)

DE TRINITATE.

militias et coelestes exercitus essentia sua splendo-
re munit, diciq; potest. Jehouah Zebaoth, sicut dixi,
Jehouah Elohim, quasi dicat, militias essentias et
inde provenit, q; divinitatis nomen nominibus an-
gelorum est imixtum, quia eius essentia est eis im-
mixta. Vider hic plures Deum habere essentias, non
enim possunt dici plures res in una essentia, sed be-
ne e converso: imo dico q; omnium rerum essentia
est ipse Deus et omnia sunt in ipso.

LIB: VI.

Cognitionem quam de Deo per
Christum acquirimus, (si capacitatem
tuam solido rationis iudicio examinaveris) facile
agnosces. Est enim Deus per se incomprehensibilis
nec imaginari, nec intelligi, nec expogitari potest,
nisi vultum aliquem in eo consideres, et hoc ipsum
est Christi effigies et verbi persona, nam oraculum
illud, Christi persona, ut supra dixi, personatum q;
erat apud Deum, erat ipse Deus: nec erat in eo alius
vultus, nisi iste, et hoc ipsum est facies Iesu Christi.
Et noticiae aliae, quas de rebus indivisibilibus se habe-
re iactant Sophistae, nihil sunt. Stultitia est in con-
spectu Dei a suis Phantasmatibus et simulacris sunt
demen.

dementati, ut alibi Deo dante probabo. Hac etenim certissima veritas, et cuilibet sensato evidens, quod nullius rei mundi notitiam habere possumus, nisi aspectum seu faciem aliquam in ea speculemur, et si me ad fumulas verti cogas, notitia illa non dicitur rem representando vitaliter imutare, nisi quatenus eius rei imago ab ipso phantasmate, intellectui obicitur: Item omnes sciunt quod necesse est intelligentem phantasmata speculari: dicant ergo mihi qualis figura est, seu quam similitudinem habet illud phantasma, quod ipsi specularantur, quando de Deo noticiam habent, nam certissimum est, quod phantasma illud quodcumque sit, visibilem effigiem præ se fert, quia nullum est in mundo phantasma, quod ad rem visibilem non terminetur, sicut et a rebus visibilibus sunt in nobis habita nec capiunt, quomodo per illa visibilia, dicantur invisibilia intelligi per speculum in enigmate, sicut per verbi effigiem visibilem intelligamus Deum, ex affectibus syllogizamus esse unam primam causam, ex motibus esse primum motorem ratio cinamur, tamen realem illius noticiam nunquam habuit Aristoteles. Hac sunt inquit Paulus, quæ de Deo cognosci possunt, non tamen quod Deus ipse propterea cognoscatur. Imo totus ille discursus nihil aliud est, nisi visibitium phantaf-

DE TRINITATE.

matum transpositio: Sed his omisso, ex solis scripturis
 hoc fit nobis clarissimum, quia deus per verbum suum
 nobis manifestatur, et hanc faciem in deo agno-
 scere oportet, ut cognoscas gloriam dei in facie Je-
 su Christi, et cognoscas hunc deum, quem nunquam
 ante novisti, neque speciem eius videri. Ioan. 5. et ibi
 eundem speciem et formam et faciem dei significat,
 ut dicat ibi Christus, deum non posse, nisi in eius fa-
 cie cognosci, sed in facie Iesu Christi cognoscitur, ac
 si deus visibili illo vultu, quo facie ad faciem Moysi
 videbatur, se mihi sine velamine manifestaret, et si
 faciem illam quam Moyses non vidit, mihi dare mon-
 straret, nihil aliud viderem nisi faciem Iesu Christi,
 et hoc ipsum erat verbi effigies, et hoc modo inui-
 sibilis deus per visibile verbum se nobis manife-
 stat. Et hac ratione Christus dicitur facies dei, uni-
 us cuiusque enim rei facies dicitur id, per quod talis
 res videtur et cognoscitur. Et verbi consideratio-
 ne seclusa, deus est penitus invisibilis et imagi-
 nabilis, nec omnes philosophi mundi notitiam de
 ipso formare sufficerent, et omnia quae super his di-
 cunt, sunt contra Christum blasphemica, nam pure et
 sincere oportet verificari, quod deus per verbum suum
 videatur, et qui videt me videt patrem et nemo eum
 videt nisi per filium Ioan. 1. 5. 6. 8. 12. et 14.

Sed

sed maledicti philosophi, sicut metaphysico modo intelligi volunt, Deus spiritus est: ita solum de visione corporali oculo intelligi putant, dum dicitur Deum nemo vidit unquam: nec capere possunt Evangelium sensum alio tendere, dum loquens de visione Dei fit mentio, qui per Iesum Christum videtur, qui nunquam antea nec visus nec cognitus est. Noti sophistarum more crassa verbarum: sed semper processus ordinem serua, considera q. vides adhuc erant Apostoli, et eos iam vidisse patrem, dicit Christus. Idem dicitur 1. Ioan. 2. tamen nihil aliud viderat nisi faciem Christi. Nota in quo sensu hac illi quaerebant et responsum Christi ad propositum questionis, et tum dicitur, qui videt me, videt patrem: nota verbum, videt patrem, et voca hanc visionem intellectus, noticiam, cognitionem, seu intellectionem, seu qualitercunq. velis, et ad proportionabilem sensum concede mihi Deum nunquam antea visum, alias nihil novi Christus nobis adduxisset, inaniter se iactaret per se videri patrem. Si ergo per Christum nouo modo videtur Deus (imò tota visio Dei nunquam antea visa est per ipsum) quae potest esse haec visio, nisi persona illa Elohim quae nunc in facie Iesu Christi relucet, et significanter videri dicit

DE TRINITATE.

ut imaginarias philosophorum noticias explodat, utinam deus det eis mentem, ut cognoscant ipsum, et dicunt cum Joanne, vidimus gloriam eius quem nemo vidit unquam: nec aliud unquam vidit Joannes nisi hanc personam, quae erat apud Deum et erat, ipse deus, et per dei artificium hic syllogismus est validus, per visibilem inspectionem illius vultus videbatur deus, quia hoc ipsum erat deus, et hoc ipsum nunc est facies christi, ergo in facie christi videtur deus, et ita proprie **DEVS** christus est nunc in deo, sicut oraculum illud, quod erat ipse deus, erat apud deum, et ex hac ratione probat christus, per se videri patrem, quia pater in se est, et ipse in patre semper cogitare debet qualis erat olim illius oraculi dei inspectio, et ad faciem christi conferas. Et dic nunc clarius videri deum, nunquam obliuiscaris, audi ipsum adhuc hodie e coelo clamantem, videndo me videtis deum, videndo me videtis patrem. Ex his apparet, quod verbum illud tali vultu personatum, non erat vox articulata, nullam habens substantiam: nam de illa non ita per se dixisset Joannes erat verbum, sed ideo, erat, dixit, quia per se subsistens apparebat, imo nihil aliud nisi oraculum illud subsistere videbatur, quasi invisibilis deus

in

in eo lateret. Et ad mentem Johannis oraculum po-
 situm dicerem quam verbum vel sermo, et mens Go-
 ramis est ista, in primis apud Deum erat quod-
 dam oraculum, et hoc erat ipse Deus, et hoc ipsum
 erat lux quae ad existentibus in tenebris non potuit
 comprehendi, sed nos vidimus eum postquam caro
 exiit, quia hoc ipsum est hodie splendidus Chri-
 sti vultus. Praeterea oraculum huic rei convenit
 nam hoc ipsum erat illud oraculum, quod angelicis
 alis erat factum et obumbratum: oraculum per
 quod Deus Moysi responsa dabat, et ita oraculum
 illud erat in recondito domus, sicut Christus in
 umbratulo omnipotentis erat absconditus. Item,
 hanc arcari significationem comprobat hebraica
 vox, nam a 727. quod est locus, venit 727 quod
 est oraculum illud templi Psalm. 27. 2 Bara. 5. et 9. 13.
 gum sexto. Christus enim est verum oraculum per
 quod Dei responsa accipimus, sicut et ipse propitia-
 torium dicitur, id est, propitiatio pro peccatis no-
 stris: coopertorium, propter quem, beati quorum
 facta sunt peccata. Et sicut Christus nunc est
 oraculum, ita olim non modo in templo, sed antea in
 tabernaculo, et etiam ante tabernaculi constructionem
 eius persona erat illud oraculum, unde Moyses in-
 fra nubem accipiebat responsa. Ibi etiam erat illa lux

DE TRINITATE.

qua secundum Johannem intra nubes tenebras lucet, qua omnia ex lege oportet elicere, tamet si id parum curemus.

Ex his nota, quod improprie dicitur **Ch. L.** =
Hus imago Dei, imo plus est quam imago, nam
imago est, quanto dum res sunt simili more figuratae
et quolibet dicitur imago alterius. Sed non sic in
Christo et Deo, ut si gabriel angelus veni-
ret ad me in forma aquilae volantis, audirem, haec
est imago gabrielis: vere etiam si imago dicatur, plus
est quam imago, scilicet effigies seu Character repre-
sentans, immo continens hypostasim eius: et hoc
cum illud non potuit proprie dici imago patris, sed
plus quam imago, erat enim ipsamet facies Dei, et
ipsetem Deus erat effigies seu forma quaedam: ipse
met esse Dei continens. Similiter Christus
est plus quam imago, licet verba me deficiant, ut
sermo lingua id possum explicare, nec clarius dicere
possum, quam Paulus dixit character hypostasis
id est, sculptura, in qua ipsamet res, sicut in pro-
pria facie relucet. David et Moyses **דמות** ap-
pellant **Gen. 1. 26.** et **Exod. 25. 40.** Et nota bene in quo sen-
su ibi dicatur imago, dum dicitur, imaginem non sibi
distans, nam si in illo sensu imaginem sic capias, non
senties: erat enim imago ibi ipsa facies forma, non

per relationem ad alterius imaginati similitudinem
 et in hoc sensu dicitur Christus id —
 est imago Dei, quia est effigies, hypostasis eius est re=
 presentatio quadam seu ipsa res per speciem, ex hi=
 bitio Joan: 5. Propria ergo Christus ut dicitur
 ἕκων, id est, effigies seu in sculptura quadam, ipsum
 met esse Dei pro se ferens 2. Cor. 4. et Col. 1. Simi=
 liter ΧΑΡΑΚΤΗΡ. Dicitur, Hebra 1, hoc est, in signis
 nota, hypostasios, id est, existentia Dei, quam viden=
 do dicor videre Deum, sicut videndo aquilam illam
 dicerer videre Gabrielem, alias Deus non posset se
 nobis visibili forma pate facere, nam si hoc fieri po=
 suit, factum est per oraculi inspectionem veldtam
 et demum per faciem Jesu Christi reve=
 latam, nam ipsam et visio faciei eius est visio Dei si=
 cut ipsi Tobias visio illius juvenis erat visio angeli,
 et visa columba dixit Joannes, vidi Spiritum
 Dei descendentem.

Ex his patet, philosophos super huius Characteris
 inquisitione longe aberrare. argumentum hoc
 quod contra me Achilleum putabant, factum est eis
 gladius Golia, nec ipsi nunquam verificari potue=
 runt, quomodo filius dicat Character hypostasis
 Dei, mirabiliter sunt decepti, loquentes de hypostasi

DE TRINITY

Faciem aliquam
imaginari oportet
in eo qui dicitur
imago.

patris, et non de Hypostasi dei et patris imaginem
quasi alterius rei metaphysicam. Similitudinem si-
cunt, et non imaginem dei, cum tamen iste sit mo-
dus loquendi Evangelicus, et etiam veteris Testamen-
ti, ipsi tamen motus loquendi scripturae subter fu-
giunt omnia subsannando: nec dicitur ad seipsum co-
rum imago patris, sed effigies dei, Character dei, in
mo notanter attulit Paulus, effigiem dei invisibi-
lis, quasi dicat, in homine visibili esse in-
visibilis dei, quae omnia tendunt ad Magistri doctorum
interpretationem, qui vidit me, vidit patrem. Et si
me novissetis, novissetis et patrem. Quibus dicitur
et veteris testamentum amplissima testimonia de pa-
pore dicitur locis, in quibus de hac imagine fit mentio
et illam effigiem vocat deus nostram, quia illa una
et eadem Christi facies est utriusque ipsam et
oraculi persona erat dei facies et vultus
dicitur ergo Christus, aspectus facies, -
effigies, signum Character signum, in signis notis
in sculptura quadam Hypostases, id est, existentia
dei, quia in eo solo subsistit deus, nec est deus per
aliquem alium cognoscibilis. Et sicut in medio in-
mensitatis et in accessu lucis apparet solari vultus,
ita in medio altitudinum et profunditatum dei
apparuit eius oraculum Iesu Christi, per
sra

Jona in ipsum erat Deus, in ipsum nunc est visio
 Dei, recte est nobis positus pro signo, nec est in aliquo
 alio salus, nec aliqua alia Dei visio, nec aliquis alius
 vidit Joannes, cum dixit *in teo. in Deo.* Hanc
 est altitudo et profunditas cognitionis Chri-
 sti, haec est illa Dei virtus, dispositio et econo-
 mia, qua omnia in mundo operabatur, sicut et Joan-
 nes dixit, omnia per ipsum fuerunt. Et huc usque
 ascendit Christus, factus Dei virtus et po-
 tentia, quod recte nos docuit ipse Magister, dicens
 sine me nihil potestis, sicut sine Deo nihil possumus
 nam omnis potentia Dei est per ipsum, omnia per
 Christum facta sunt in virtute, omnia per
 Christum facta sunt in verbo, omnia per
 Christum facta sunt in persona, non modo fa-
 cta, id est, ab initio creata. sed totus processus et or-
 do mundi per eius economiam gerebatur, ipsius glo-
 riosae facies, qua in medio illius inaccessibilis olim
 nabe tegebatur, hodie revelata relucet, et aique pro-
 prie est nunc Christus in Deo, et realiter, si *Botuit* bene-
 ent antea erat in eo personatiter, et ab illo oraculo bras latitudo
 fluens energia, quasi oris flatus dicebatur Spiritus suum.
 Dei, erat enim flatus Elokim Christi. gene. 1.
 qui hodie est nobis sanctus ex ore Christi flu-
 ens, Joan. 20. Et ibidem genesis 2. naturalem vite

DE TRINITATE

Spiritus, sicut et hodie supra naturam afflatu suo
dedit, et plura adhuc hic latent arcana, nam ad hu-
jus oraculi similitudinem ex oraculis singulara ema-
nat in nobis Spiritus Sanctus, tanquam flumina aquae
viva: idem enim est Spiritus Sanctus eius ex oraculo ae-
terno, et ex ore Christi, et ex oraculis Scrip-
turae, et haec ipsa oraculi energia et virtus est
Christi aeterna. de quo supra dixi.
Si petas quomodo de Deo loquimur, et tandem
illo scicimus, si non intelligimus eum, nec habemus
notitiam illius. Ad hoc respondet Paulus, quod Spiritus
Sanctus omnia scrutatur, etiam profunditates Dei, et ea
quae inuisibilia sunt, Deus revelat nobis per Spiritum
suum qui in sanctis scripturis latet, exponit ea quae
de Deo in Bibliis habentur, ut discam, habere. Sed
quae per philosophicas notitias acquisiti, nihil sunt
ad nos erudiendum, datus est de coelo liber, ut in eo
Deum investigemus, adjuvante ad hoc fide, quae non
est ille crudus Sophistarum affectus. Sed motus cor-
dis, sicut dicit scriptura, corde creditur, et si ex-
to corde credas, et pro huius fidei objecto, quorum
Sui per speciem exhibitio sufficit, sine illa philoso-
phica de Deo notitia. Haec sola ratio philoso-
phica notitiam destruit, quod quolibet homo sua ha-
bet de Deo imaginationem, et à quocumque alio di-

versam. Item Christi fides ad hoc mirabiliter
iuvat, quia per eam spiritum accipimus, et nisi prius
credideris Regem Christum esse filium —

Sei, nunquam intelliges te ipsum. Hoc est stultitia. Nec unam literam
sua potius coelestis philosophia, quae non ex Aristotele, sed plenissime et clarissime ex divinis fontibus — nisi ipse per
suis, si modum loquendi scriptura sequamur, spiritum suum
nam in ipsis met verbis habet spiritus et sapientia, um revelet.
et sicut sapientia, quia omnis sermo, omnis scriptura
ra, divinitus inspirata, utilis est ad doctrinam, corre-
ctionem et institutionem, et Tim. 4.

Et respondeo ad quaesitum, quod noticiam Dei ha-
bes, et haec noticia est eius oraculi visio, et ipsa
visio est qua videndo me, videtis patet per specu-
lum in aenigmate, et hic cognoscitur Christianorum
vera Christi fides, quae ideo dicitur index eo-
rum quae non videntur, Philosophis tamen quidam
sciunt, qui de omnibus habent noticias, non est opus
fide, immo vere est eis Christus factus vido-
sus, quia non aliter nunc quam ante Deum cogno-
sunt. Nos vero firmus factum arcari ocularem ma-
nifestationem, firmus Deum per Christum
videri, ita Deus statuit et voluit se in eo speculo spe-
culari, sicut olim per oraculi aspectum, et haec Dei
visio Christianis plenissima sufficit, ut per eam miri-

LETTERE.

fibili deo spiritu fruamur, nam Christus est
 via, et spiritu per eum oportet deo appropin-
 quare, et non per illas noticias, cuius solum appo-
 situm per illas factum est: suo sensu tres illas mathe-
 maticas res palpare sibi visi sunt, cum nihil minus
 quam eas cognoscere. Noticiam dicunt esse quali-
 tatem quandam à presentamentibus abstractam etiam
 in calcaneo sitam. Sed dabit his negis deus aliquan-
 do finem, miseret me quod non modo sit mathemati-
 ca imaginativa delusio, sed etiam horribilis in Cri-
 sti doctrinam blasphemia, sufficiat eis per factum
 habere in capite magnitudines, non quarens in
 calcaneo noticias, alias quam per Christum
 de deo visiones noluit negari: nam etiam si omnes
 angelos caeli, apertis oculis viderent, tamen deus
 ad huc profundius latet, angelico indutus vestim-
 to, quasi extenta pelle. Nec philosophi sic de an-
 gorum natura, quam nescio, me impellant, nam ex-
 tensa dico, non localiter, quia dei artificia sunt supra
 locum. Insensissimi homines, omnia quae extra cor-
 pus sunt, ad instar puncti redigant, in tantum con-
 nerunt insensum, ut ipsum deum dicant esse punctum
 punctum in eadem planicie plures respectum.
 Haec est noticia, quam de deo gloriantur? deum
 oro, ut spiritus eius largatur eas dum ista legent,

forte sint eis odor mortis ad mortem
 Si hunc planissimum videndi Deum motum ad-
 mittant, intelligunt melius, quid sit Spiritus Dei et
 Spiritus Sanctus, nam omnia ex Christi Cogni-
 tione procedunt, et eo ignorando omnia ignoramus. Et omnes mundi
 haereses ex Christi
 ignorantia vitae.
 sciendum, quod licet communiter tres concedantur,
 hypostases, tamen proprius loquendo, dico, quod in
 Deo erunt duae dispositiones, scilicet oraculum et
 Spiritus, et in solo oraculo erat visibilis hypostasis:
 nam videndi ratio non proprio attribuitur ei quod Non erat nisi
 una hypostasis
 est in forma Spiritus, nec in eo est facies rei perma-
 nentis, sicut in oraculo, nec Spiritus dicitur factus tan- scilicet plura
 verbi.
 te quid, sicut oraculum factum est caro. Sed cognos-
 scimus eum, non eo solo, quia flatum videmus: sed
 quia ad nos percipimus Joan. 14. Et quasi permo-
 dum auditus, ut dicit Christus Joan. 3. et ita
 Act. 2. videbantur quasi linguae ignis, et vehementer
 sonitus audiebatur, et visibili persona placuit Deo
 Spiritum in fandi, ut maiorem de hac divina disposi-
 tione certi tudinem haberemus: et licet nobis visio
 illa non supersit, tamen cum in nobis esse experi-
 mur, dicto capite 14. et 2. Cor. 13. per hoc cognosci-
 mus, ut Joannes inquit, non in eo manere, quia spiri-
 tus energiam in nobis percipimus.
 Animadvertite obsecro ad Christum et -

DE TRASCENDENTIA.

eius spiritum cognosces: tanta enim operatus est gloriosus Deus Christi adventu, ut omnia terra

Fide Christi terra facta sunt, caelum novum, terra nova: in caelum nos omnia percipimus fecit ascendere. caelum apertum est, et patefacto oraculo suo Deus seipsum nobis aperuit, portus Dei in-
Lutheranico troicimus, ea qua in eo latebant eidentes, et ver-
est regnum Christi sum eius manibus contrectantes, et eius spiritum in-
nec Evangelium nobis ipsis percipientes. Primo de oraculo janseni-
eius. quod nulla est alia in Deo oraculi persona, nisi Chri-
stus ipse Jesus, quasi oraculum illud recessit a Deo, quando eam factum, vere lumen non recessit, sed Christus ascendit ad Deum, et inde ce-
lum secum ad nos adduxit.

Proportionaliter de spiritu dico, quod spiritus Dei quasi recessit a Deo dum ad prophetas missus est, et ad 2. parte tamen non recessit, sed nos ascendit ad Deum et cum Christo seipsum nos fecit in coelestibus. Nec est nobis spiritus sanctus supra posita. Sed miro Dei artificio ex eius presentia res obscura efficiens lucida sicut facies Jesu Christi facta est lucida in monte abique alienius rei unione supervenienti, et hanc comparationem invenies Matth. 17. et 2. Cor. 3. Sic spiritus, quod spiritus sanctus, est dicimus in hominis spiritu agitatus sic quod agitatio illustrat Deum, et illustratio sanctificat

Resolutio
De spiritu
sancto.

LIBER VII. 110.

ctificet: nec exigitz sic definitio quid itatisa, nam
de genere motus est vox spiritus, quasi motus in pe-
tus et halitus, et quia sic movendo Christo-
credentes, sanctificat Deus: ideo dicitur, spiritus in
nomine sanctus, et ex fide Christi.

LIBER VII.

De filiatione in divinis, et Christi Divi-
nitate, et verbi hypostasi, solent moveri qua-
stiones, quas ego paucis absolvo. Ab initio fuisse
dico filiationem in divinis, non realem, sed personalem
verbum erat filius, non realis, sed personalis erat fi-
lius, quatenus erat Christi persona, nec un-
quam in scriptura filius vocatur, sed Christo
attribuitur aeterna generationis ratio, et ea qua
erant in lege, erant umbra corporis Christi. Aliqui
tamen emanationem notitiae seu verbi ab intellectu
divino per modum filiationis emanantis, sic som-
niant, sed sua somnia parum conuincunt, nisi ver-
bum fuisse realem filium scripturis probent, et ema-
nationes istae reliquiae sunt ex valentinianis emissio-
nibus derelictae emissiones illae seu emanationes in
frimtae mathematicae sunt, et scripturis ignota,
et emanationis vocabulum, quid philosophicum

sa =